

## LE JUBILE PONTIFICAL

DE

## SA SAINTETE LEON XIII

---

Lettre de S. Em. le Cardinal Vicaire aux évêques du  
monde entier

---

Reverendissime Domine

Cum beatissimus Pater Leo XIII, in summa senectute  
sospes, iam non longe absit ab natali Pontificatus sui  
vicesimoquinto, facile intelligis, Vir amplissime, quam  
valde deceat, magno huic divinae Providentiae beneficio  
quod certe est cum communi catholici nominis bono  
coniunctum, communia catholicorum respondere stu-  
dia. Illud primum omnium sponte occurrit, ut obsecra-  
tiones Deo conservatori publice ubique gentium fiant:  
deinde, ut speratus atque exoptus facti exitus po-  
pularibus aliis usque aptis ad rem significationibus  
ex composito celebretur. Hoc proposito i constitutum in  
hac alma Urbe est, quod fortasse inaudieras, Consilium  
lectorum virorum, cui id negotium datum, ut ordinan-  
dae peragendaeque universae rei mecum una praesit.  
Ad partes officii mei quod spectat propius providendum